


Andreas Schröder


Aulicus Politicus Illustrissimo Principi, ac Domino, Dn. Johanni Adolpho, Heredi Norwegiae, Sleswici, Holsatiae Duci, Comiti Oldenborgi, & Delmenhorsti, &c. ... (ut esset aeterna subiectionis, & observantiae nota)

Rostochii: typis Richelianis, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742546306>

Druck Freier  Zugang






GERUNDEN BEI
W. SCHORNACK
ROSTOCK 1/M.
GRÜNER WEB S.

710-3489





156

Aulicus Politicus
 Illuttrissimo Princi-
 pi, ac Domino,
 DN. JOHANNI
 ADOLPHO,
 Heredi Norvvegiæ, Sle-
 svvici, Holfatiæ Duci, Co-
 miti Oldenborgi, & Del-
 menhorsti, &c. Dn. meo
 benignissimo.

(ut esset æterna subjectionis, & ob-
 servantia nos.)
consecratus per
 ANDREAM SCHRODERN, Flensb.

OS(:)S

Rostochij, typis Richelianis.
 ANNO MDCCXI.

iv.

.M.

Elia.

st.

.M.

Vid.

Cras.

ap.

rod.

Tab. I. 6. - 3489.



1748 - 1752

u
N
g
q
lu
pe
lu
ci
m
ge
di
cy

Aulicus politicus.

I.

Aulam quis ingredi
animus, Fictatem
inprimis colant:

Omnia etenim bona eveni-
unt colentibus Deos, adversa spernentibus.

Nobis Romana civitas que omnia post Reli-
gionem semper ponenda duxit, etiam in
quibus summa Majest. ris conspicit decus vo-
luit. testis: Testis Dionysius Siculus, qui licet

per sacrilegium ex omnibus templis & de-
lubris pecuniam abstulerit, debitaq; suppli-
cia non exsolvent, dedecore tamen filij

moreus penas rependit, quas vivus effu-
gerat. Lentio scilicet gradu ad vindictam
divina procedit ira, tarditateq; suppli-
ciq; gravitate compensat.

A 2

Vos

Liv.

V. M.

Ælia.

Iust.

V. M.

„ Vid.

„ Cras.

„ ap.

Heroda

II.

Vos hic præcipue, qui vo-
ro Principum Religionem, quo gratia au-
gescat, fovetis, attendite; Fugite, fugite,
valde s'vadeo: Fucus hic, fumus, & tandem
vester Princeps quantum serò, serò tamen
Imperatoris illud proferet; Creatori si non
Dres. " fidelis, quid creatura? verè hic; & sic vos
" inconstantes, & leves:

Rev. Justum & tenacem propositi
virum

Nō civiū ardor prava iubentiū,
Non vultus instantis Tyranni,
Mente quatit solidā.

Non, non potest, mihi mi homo cre-
Iusti- " de. Siquidem quæ facta lædunt pietatem;
" existimationem, verecundiam nostram,
" nec facere posse bonum, credendum est.

Vid.

Sleid.

de Fr. A.

de Spi-

VA.

III.

Monendus hoc loco Con-
cionator Aulicus, ne se immisceat civilibus
nego-

negotij. absurdum enim hoc & approbri-
osum.

Institu-
tibus.

IV.

Concionator nec omnia
emendare studeat, quia hoc in aulis impos-
sibile; nec in omnibus conarveat, quia tunc
Epicuri de grege.

Her.

V.

Institiam de in, qui in aulis
vivitis, admodum amaris: Quam enim in-
visa, abhorrens, & odiosa res Injustitia,
Sannio apud Comicum declarat:

Mur.

Leno sum (inquis) fateor, perni-
tias comunis adolescentium,
Perjurus, pestis: tamen tibi à
me nulla orta est Injuria.

Ter.

VI.

Magna proinde vestra
auctoritas, si princeps vos sales, quales
Zalencus, Aristides, Mardus, cognoveris;
amiti hoc efficit viri Aulici, sicq; con-

Ælia.

Æl. de

Læo.

43

frusudo

Did. In | *svetudo nec precibus calamitosorum illachry-*
finia. | *mari oportere docebit.*

VII.

Tac. | *Absit interim, ut vos se-*
veros nimium me hoc modo velle quis ca-
villetur; iuncta in melius relata placebunt.

VIII.

Tac. | *Hoc verò ne tribus rebus.*
Rev. | *imperio perniciosissimis delinquant, mise-*
Virg. | *ricordia, voluptate orationum, lenitate, mo-*
nere. Cambysis exemplo.
Discite justitiam moniti, & non
temnere Divos

IX.

Resp. | *Facilius autem illam vo-*
bis assequi potestas, si Avaritiam fugiatis,
ne apud vos dicatur:
Auro pulsa fides, auro venalia
jura.
Ego, ut de me fatear,

Odi

Odi dolosas munerum & ma-
las artes.

MATA

Imitantur hamos dona, nam
quis nescit

Avidum voratâ decipi scarum
muscâ.

X.

Modum Aulice à Iusti-

niano præscriptum vide: neq; omnia, neq; Plus.
quovis tempore, neq; ab omnibus vult acci-
pi; non omnia, quia parva munera diutina,
locuplera non propria esse consueverunt:
vid. Idem lat. de alijs.

XI.

Bona quoq; mihi videtur

Hastings apud Comineum Com. lib. 2.
practica.

XII.

Ego consultum judicarem,
ut à privato munera accipiendo modum

A 4

EX-

Plur.

excederes; a Principe, si absq̄ tui, vel honorum, vel honorum detrimento, partim Epaminonda exemplo motus, non distraherem.

Cens.

XIII.

Principi tamen tuo perpetuo auctor vivas, aliorum Principum ministros semper hac arte capias, nec intermittatur, primo quamvis aspectu repellatur.

Plur.

Sic Ludovicus IX. Gallia Rex, de quo Comminius in commentarijs ubiq̄: Sic Philippus Alexandro patens, qui cum minutissima potiri conaretur, quaesivit, num etiam auro onustus assellus ejus urbis mania transcendere posset; Sic Augustus Caesar, qui militem donis, populans annonam, cunctos dulcedine ory pellexit.

Tac.

XIV.

Ipse ergo servet inter Liberalitatem & Avaritiam medium. Convivia caute celebret, id est, nec nimis laute nec nimis frequentat.

Aut

Aut largitate nimia, aut parsi-
monia

Tet.

In eandem fraudem, ex hac re,
atq; ex illa incidet.

XV.

Tibi etiam quaso quis lar-
gietur quid (Belizarium respice) si te au-
ta deieceris, crumena defecerit

Quamobrem omnes cum secun-
da res sunt maxumè, tum ma-
xumè

Tet.

Meditari secum oportet, quo
pacto adversam arumnam fe-
rant,

Pericla, damna, exsilia.

XVI.

Sanum iccirco & salubre
consilium videtur, qu: officijs funguntur bo-
nis, pecuniam, quâ villam, vel arcem pro
viribus comparant, colligere; idq; in dirione

A 5

pru-

omn.

Principis exteri, ut si gratia aliquando (libri enim non potest, quam varia Principum cogitationes, nec quis eas intelligit) destituit, non solum victum & amictum habeant, sed etiam patronum, si justè egerint, alium Principem.

laus.

Cogitato mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Ætatem qui uni cubili nunquã comittit suam,
Quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.

XVII.

omn.

Superbiam item fugatis
qui tuleri; Dedecus enim & detrimentum esse comites ac velut pedissequas Superbia Ludovicus olim Gallie Rex dixit.
Et princeps sciet,

arg.

Parcere Subjectis, & debellare superbos.

Vos

XVIII.

Vos verò præcipuè nunc
qui nobili genere orti, monitos volo. ne
stemmate inferiores, licet Principi princi- Plus.
pes sitis, ludibrio habeatis; An non enim
opprobrium æternum, cum vobis fortuna
Agamemnonis personam imposuerit, Iberfi-
tae actiones referret?

XIX.

Quàm parva ad hæc tem- Polyb.
poris intervalla homines in excelsum gra-
dum collocent, & eosdem rursus ad extre-
mam miseriam & calamitatem redigant,
atq; eos maximè qui in aulis Principum
vitam agunt, cogita; Quare,

Unus tibi hic dum propitius Plan.
Juppiter,

Tu istos minutos cave DEOS
flocificeris.

173211-

maximè,

cc. Abs quisvis homine cū est opus,
beneficiū accipere gaudeas.

XX.

*Tibi autem qui tantū
nobilem sanguis, & tamen nimium super-
bire vis, an non quilibet obiciet?*

ru. Majorum primus quisquis fuit
vid. ille tuorum,

elia. Aut pastor fuit, aut illud quod
Car. dicere nolo.

Et licet vir magnus,

ur. Et genus, & virtus, nisi cum re,
vilior algā est.

itaq; omnes

r. Quam estis maximè
Potentes, dites, fortunati, no-
biles,

Tam maximè vos æquo ani-
mo æqua noscere

Opor-

Oportet, si volitis perhiberi
probos,

Aliàs Adelpasium meretricis concludet:

Bono ingenio me esse ornatam, PLAUS.
quàm auro multum mavolo:
Aurum in fortuna invenitur,
in natura ingenium bonum.

XXI.

*Ignobiles contra in aulis
qui vivitis, nobilibus hoc etiam, licet vos
majores, non nihil concedite; Ratio, fortu-
na non mutat genus. Quid proinde tam in-
stabile, quàm potentia non suâ us nixa,
benè ponderate.*

XXII.

*Ad summam (ut brevi-
ter concludam) sic vivite, ne audiat ali-
quando.*

Nescia mens hominum fati sor-
tisq; futuræ,

Et

Vir

Et servare modum rebus sub-
lata secundis.

Duc. Hauri, hauri quicquid es; non enim
semper tuus Adversarius Molossorum Rex,
qui peperit Themistocli profugo dicenti;
se nunc multò imbecilliozem ab illo ledi,
quam ille tunc fuisset, quò læsus: at genero-
sū esse pares à paribus expetere ultioneus.

XXIII.

Faciles itaq; vos potius
vellem & optarem, cum senex Terentianus
dicat,

Re ipsā repperi,
Facilitate, nihili homini esse
melius, neq; Clementiā.

*Stini-
us. ,,
573,* Sic, sic est. Medio tamen tutissimus i-
bis, Oraculum audi; Nimia familiaritas,
contemptum parit, & Poeta rectè:
Nulli te facias nimis sodalem,
Gaudebis minus; & minus do-
lebis.

Cle-

XXIV.

*Clementia porrò à sene
desideratur. Quia verò magis proprium
Principis bonum, Principi tuo hanc divam
commendabis, ubi neq; propter unius impro-
bitatem, intermittendas bene de alijs me-
rendi occasiones svadebis.*

Cont.

Sal. ep

1. ad

Cas.

vid.

XXV.

*Commonefacere hic non-
nullos Aulicos opus, ne Clementiâ Principis
cotidie precando abutantur, sed tempus
justum observent, hilares num Principes;
illis num legatione vel aliâ quâpiâ re mul-
tum profuerint; profint autem si poterint
vel ipso vitæ periculo, exemplo militum
Alexandri, dolabris murum frangentium;
Germanico etiam legati, mori petente, quâ
fidem exuere cupientis.*

Dur. d

Pas.

Curt.

Tac.

XXVI.

*Sic si Principum gratiam
mereare, statim recipias, nec majora ex-
pettando, præcuras relinquat.*

Tac.

Rusti-

Ter.
Elian.
Plat.
Ibid.

Rusticus expectat dum defluit
amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne vo-
lubilis ævum.

XXVII.

Pub.
Syr.
Curs.

*Causa me movens proxi-
ma, multo invidi: Scito enim quid invi-
dia? Dolor animi ex alieni commodis.
Sed tales vos, o mei Principes, apagite, &
Alexandram, invidos rejicientem, suorumq;
ipsorum tormenta dicentem, sequimini.*

XXVIII.

Plaut.

*Postremò quò magis Prin-
cipum gratiam consequaris, Clementiamq;
experiaris, semper illi adesse, mandata eti-
am magnâ diligentia conficere allabores.*

Nihili est qui piger est, nimisq;
id genus odi ego malè;

Vigi-

Vigilare decet hominē, qui vult
sua tempori conficere officia.
Non enim eum expectare oportet,
dum herus se ad suum suscitet officium,

Nā qui dormiunt libenter, sine
lucro, & cum malo quiescūt.

XXIX.

Responderet hic, nī fallor,
quis: vigilare, laborare quid iuvare?

Centum doctūm hominū consilia,
sola hęc devincit Dea

Fortuna, atq; hoc verū est. Proinde ut quisq;
Fortunā utitur,

Ita præcellet, ac exinde sapere
eum omnes dicimus,

Si stulto hoc contigit, nunquam
inficiatus:

Nam sapiens quidem pot ipse
fingit Fortunam sibi

Victrix Fortunę sapientia:

B

Si

Plin.

Plin.

Plin.

Virg.

Si

Sua cuiq; exorsa, laborem
Fortunamq; ferent.

XXX.

Plura de Fortuna seu Fato
adduci possent; & innumerabilia, cum apud
omnes scriptores de Fato sententias lega-
mus. Nicephorus Gregoras hac in materia
optimus scriptor, quem lege.

Et haec quae Aulicis communiter observan-
da; nunc de Consiliarijs (alys etiam pleraq;
tenenda) specialiter nonnihil.

XXXI.

Vid.

Liv.

in D. 1.

(sine.

Polib.

Qui primam historiam
(multum oratoriam facultatem illis necessa-
riam adjuvabunt) cum nulla facilior ho-
minibus ad vitae institutionem via sit, quam
rerum cognitio, calleant.

XXXII.

Quanta ulterius aucto-
ritatis accessio fiat, si, quod nullibi reper-
tur, illi ex Annalibus, & scriptoribus spe-
rire

rive valeant, colligere cuilibet sana mentis
homini licet. Utilitac hęc primum, vunc
quodq;

At pulchrum est digito mon-
strari, & dici hic est.

Perfi.

XXXIII.

Quod ad Iurisprudenti-
am attinet, nemo adeo cecus, qui illam
Consiliarijs haud necessariam asserere au-
deat. Turpe namq; jus, in quo versamur,
ignorare.

Iustini-
anus.

XXXIV.

Consiliarius stylo utatur
mediocri. Tubero doctissimus habitus, sed
quia antiquo sermone scribere usu affecta-
vit, parum libri ejus grati habiti.

Iustini-
anus.

XXXV.

Tales si Consiliarij; por-
ro si magnarum rerum consilia suscipiunt,
estmare debent, an quod inchoatur, Rei-
publicę utile, ipsis gloriosum, aut promptu
effectu, aut certe non arduum sit.

Tac.

Vid. ap
Her. d.
Cnidij
eleg. v.
hist.
lib. i.

B 2

Taci-

XXXVI.

Tare.

Vid.

Luv.

5. IX.

Plus.

Taciturnitatem nunc ab illis cum Persis requiro, qui magnam rem sustineri ab eo non posse credunt, cui tacere grave sit, quod homini facillimum esse voluerit Natura. Rectè hi & laudo.

Quippe si resciverint inimicis consilium tuum, Tu opte tibi consilio occludunt linguam, & constringunt manus; Atque eadem quæ illis voluisti facere, faciunt tibi.

XXXVII.

Tac.

Luv.

Et hoc si Principis detrimentum; sin commodum, practicâ Scævola, vel Clementis servi utere; vel hoc quasi amicitia aut ebrietate adductus narrasses, simula. Reges quoque, etiam atque etiam, nulli, cum id tuum excidium, significent.

XXXVIII.

Pecuniam interdum (quo plus

plus credant) largiariis, ut taceant: Prin-
ceps id facile retrobuat.

XXXIX.

Tu tamen si quid etiam Curt.
leve, quo de salute Principis timeatur, nar-
retur, credulus esto, & vana quicquid dese-
rentes, Philosa, & aliorum clade motus
admitte.

XI.

Tum hac se ut acceperunt Thas.
vetulerunt (quod Taciti doctrinam faciant)
vos haud illos aliquam re puniendos, sicut nec
in alijs consilijs non perulantem aberrantes,
qui supremi, monentur: bene consulentes,
neque honore afficiendos, auctores sitis, ne
consiliariorum reliquorum, & ministrorum
vox: si cum & indicamus inuisi, & cum ta-
cemus suspecti, quid facere nos oportet? Curt.

XLI.

Quod si quis verò eos qui Com.
aberrant, & leduntur, non esse Principum
adbi-

adhibendos Consilijs puer, ille meminerit,
 nasci omnes peccare, & labi sunt, quæ pri-
 varam, quæ publicè, nequæ lex est quæ satis
 valis de veter, aut capiat modum. Impera-
 tor Iustinianus hoc animam vertit, & dixit;
 In nullo aberrare, seu in omnibus irrepre-
 hensibilem esse, divina utriusque solius non autem
 mortalis est constantie, seu roboris. Ideoquæ
 in magno deliberantium numero hoc bonum
 est, quod aliqui semper existunt, qui quod
 ab alijs peccatum est emendant, atque sanant
 Singuli decipere, & decipi possunt, neuis
 omnes, neminem omnes deceperunt.

XLII.

Principis ministri, ex e-
 ventu judicent, si utiliter ceptum, nisi &
 quoties prosperè præter opinionem quid fi-
 at, illam & illi felicitatem referant acce-
 ptam.

XLIII.

Quilibet tamen sapiens
 Consiliarius, cum Agricola nunquam in su-

am famam, gestis exultes, sed ad auctorem
& ducem, ut minister Fortunam referat:
postquam ex consuetudo Regum, ut casus
adversos hominibus tribuant, secundos For-
tune sue.

XLIV.

Consiliarij ulterius mem-
nerint, manus rectè obeandum, nève cum
fortuna potius Prin. ipis loquantur, quàm
cum ipso. Sic barbari qui cum fortuna mu-
tant fidem; vos contra, licet multis labo-
ris, suadere Principi quid oporteat.

XLV.

Quod ut eò melius fiat, Af-
sentationem Principes fugite. & Consiliarij.
Principes, quia perpetuum malum Regum,
quorum opes sepius Assentatio, quàm hostis
evertit; Consiliarij, quia Principi odiosa; &
inviso semel Principe, seu benè, seu malè
facta premunt. Ecquid. verò vos

B 4

dubi-

Æ. Pro
" vid.
" Plur.
in vit.
Arax.

Tac.

Polyb.

Tac.

Curt.

Liv.

Tac.

Tac.

dubitaris pessimi Consilii? Cedite, Cedite, Corneliamq; Pisonem potius nullius servilis sententia sponse auctorem, & quoties necessitas ingrueret, prudenter omnia moderantem aspiciite. Lepidum demceps pleraq; ob sevas adulationes aliorum in melius desleatentem, neq; tamen temperamenti egentem, cum aqvabili auctoritate, & gratia apud Tiberium vigneris, contemplamini.

Tac.

XLVI.

Elia.

Vid.

ibid. de

Ismen

el. ex

bist. l. i.

Adulationem neq; semper prohibeo, sed si vester Dux Alexander, cum Lacedaemonijs, quia DEUS esse vult, edicite: SIT.

XLVII.

Tac.

Quod neq; admitto, nisi contradicere vite periculum svadeat, tunc etiam ut & alias, longinque raris prius secessum petatis, & si non concedatur, ficta valetudine, quasi agri, cubiculum non exire liceat, simuletis.

Hec

XLVIII.

Hæc de Adulatione: cum

*qua duo præcipuè deponite, Celeritatem, Thuc.
& Iram.*

XLIX.

*Concordes sic quoq; invi-
cem sitis, nec studeatis tantum sententijs
aliorum contradicere. Bis illi stulti, qui
consilij quamvis egregij, quòd ipsi non ad-
ferunt, inimici, & adversus peritos pervi-
taces, sive quòd omnes sapere ex suo ore
volunt. Plautus rectè, qui concludet; Ne-
mo solus sibi sapit.*

Lips.

Tac.

Thuc.

Tac.

Diod.

dist.

cris. l. 2

ap. Thuc

vid.

L.

*Sapientioribus Consilia-
rijs cedant nihilominus simpliciores.*

*Vos priores esse oportet, nos
posterius dicere,*

Plaut.

Qui plus sapitis.

LI.

Non autem ceditis, alio

&

aliquid

aliquid acutè dicente, proni ad id quod dicitur laudandum, & ad significandum, vos sensisse ante quàm diceretur, quum tardi sitis ad providenda, quæ illinc sunt eventura.

LII.

Sic nec, qui nec sapientiores, irrideatis alios, quæ enim inde sequuntur, docebit latè Gvazza.

LIII.

Seniores a junioribus discere haud erubescant, etenim

Plaut. Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Iustini-
anus. Omnes præterea discere posse, quia omnè artificium incrementum recipit, cogitetur. Rectè, rectè Pomponius; Discendicupiditatem solam vivendi rationem optimam in octavum & septuagesimum ætatis annis duxi, memor sententia qui dixisset

xise fertur: Etsi alterum pedem in tumu-
lo haberem, non pigeret aliquid addiscere.

LIV.

In legationibus nunc quid
agendum? quam ex scriptoribus repero.
Principem sæpe legatos, si quid explorare
cupit, mittat, moneant Consiliari; ubi nec
sumptibus ad seducendum parcat, moneo.

LV.

Principis quoque Consili-
arij studeat, ne ut Cato olim de Romanis, sic
alius nunc de suis; hæc legatio nec pedes
nec caput, nec cor habet, dicat. Vergilio
Gratior & pulchro veniens in
corpore virtus.

LVI.

Mittantur neque im-
periti, illiterati, ut a Ludovico olim
Gallia Rege major; Contemnantur hi
C 2 ut vi-

Plus in
vit. Sol.
& Val.
Max.

Com.

Plus.

dist.

Soc. ap.
Ap in
Apol. r.
vid. ut
& Mar.

ut vides ex Cominas; quare et sic & ta-
les sint legati, ne praesens nocuumtum,
in posterum documentum.

LVII.

*Miror autem, nec satis
mirari valeo, imperitos talia negotia susci-
pere conari, cum affectare quicquid non de-
beat, in quo vel intelligit, vel intelligere
debet, infirmitatem suam alij periculosam
futuram.*

Justinianus.

Hor.

Metiri se quendam; suo modulo
ac pede
praestas.

LVIII.

*Qui litterati, illiteratis se
non libenter adjungant.*

Ter.

Homine imperito numquam
quidquam injustius,
Qui nisi quod ipse facit, nihil
rectum putat.

Legat.

LIX.

*Legatis abeuntibus omni-
bus auctor Tacitus, ne Principis sensus, & si
quid occultum parum exquirant; Anceps
enim, nec ideo assequare.*

LX.

*Ne temerè quid incipiant,
vel perficiant, prom aulicos monitos volo;
Hoc verò, quando omnibus inscientibus, nul-
liq; audientibus, Principis iussa exsequuntur,
faciunt. Quem sodes tu desinde accersi cu-
pies? Nemo audavit, Princeps sic dixit.*

LXI.

*Monebo etiam nunc sa-
lubriter, ne, licet ardua res agatur, Prin-
cepsq; vestrorum ope admodum opus habe-
at, Principes vestros in metu continere ve-
leat.*

Comin.

*Occursare capro, cornu ferit il-
le, caveto.*

Virg.

*Tu Connelstabium, aliosq; plures, hoc
qui experiri, specta, & omen quidem D I I*

Coma.

C 3

prohi-

beant, verum in ea tempora natus, quibus
primare animum expedit constantibus
exemplis.

LXII.

*Si principis mense lega-
ti interfuerint, sobrietate pro viribus suis
additi. Sapientis viri super mensam ce-
lebre dictum; Prima inquit cratera ad si-
tim pertinet, secunda ad hilaritatem, ter-
tia ad voluptatem, quarta ad insaniam, et
est ebrietas. Verum.*

Quid non ebrietas designat? o-
perta recludit.

Spes jubet esse ratas, in praelia
trudit inermem,

Sollicitis animis onus eximit,
addocet arteis.

Fœcundi calices quem non fe-
cere disertum?

Contractâ quem non in pau-
pertate solutum?

Ta-

apud.

Hor.

LXIII,

Tamen si non effugere

possis,

Natis in usum lætitiæ scyphis,
Pugnare Thracum est, tollite
barbarum

Hor.

Morem, vercundumq; Bac-
chum

Sanguineis prohibete rixis.

LXIV.

Quid alij, qui

Inter pocula quærunt,

Romulidę Saturi, quid dia Poë-
mata narrent?

Pers.

LXX.

Te vitulâ tu dignus & hic.

Virg.

Nam

Ubi lepos, iocus, risus, vinum,
ebrietas, decent

Gratia, decor, hilaritas, atq;
delectatio.

Plaut.

Jua

LXVI.

Jul. Joca verò non infra soc-
cum, seria non usq̃ ad cothurnum. Plautus
doctor noster.

Eja haud vestrum est iracundos
esse quod dixi ioco.

Nec tuum quidem est amicis
per iocum, injustè loqui.

LXVII.

Ter. Jocosus quamvis vir Ci-
cero fuerit, modum tamè apud Plutarchum
in vita Ciceronis videre scivis; Opti-
mus autem modus, cum fallacia alia aliare
trudit, ut Dametas, & Menalcas apud Vir-
gilium:

DA. Dic quibus in terris, & eris mi-
hi magnus Apollo,

Treis pateat cæli spatium, non
anplius, ulnas.

ME. Dic quibus in terris inscripti
nomina Regum,

Nas.

Nascantur flores, & Phyllida
solus habero.

LXVIII.

*Hic nonnulli obiter notan-
di, qui ita graves, ut ne verbum illis joco-
sum excidat; aut si alijs, stultos hos magis
pronuntians. Vos stulti, nec scitis,
Omnes sapientes decet confer-
re & fabulari.*

PLAUB.

*Tempora interim discerne, mores quid ve-
lint, vide;*

Nam & stultè faceze & stultè
fabularier,

PLAUB.

Utrumq; Lesbonice, in ætate
haud bonum est.

*Itaq; si tibi libertini ætas, cum libertino
conclude,*

Nunc versus & cetera ludicra
pono.

HOR.

LXIX.

*Legatis domum redeun-
tibus, narrando, pro ut occasio serit, vel
latiss-*

laticiam, vel tristitiam demonstrent. Hoc
cum apud omnes Historicos valde obser-
vatum, monere volui.

LXX.

Principis ministri, quàm
multi (sic etiam re vera sic) illorum in-
dustria facti Principi de vinctissimi, certio-
rem faciunt Principem. Mirum id in mo-
dum Principis gratiam aug. bis.

LXXI.

Tamen tu

Qualem comendes, etiam atq;
etiam aspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata
pudorem,

LXXII.

Hoc verò maxumè, si nec homo aspectu ri-
bi notus,

Etenim mihi

AUG.

Nō placet, cum illi plus laudant
qui audiunt, quàm qui vident.

Plu-

Pluris est oculatus testis unus,
quàm auriti decem.

LXXIII.

*Ego medius fidius nulli
in Aulis viventi, aliquem, licet vita nota,
Principi commendaret. svaderem. Dubi-
tare enim cogor cum Tacito, forte & forte
nascendi ut cetera, ut Principum inclina-
ro in hos, offensio in illos, an sit aliquid in
nostris consilijs.*

LXXIV.

*Verum enim verò ne quē-
pian desitutum relinqvam, cum homo ho-
minis lupus, de Calumnijs quoq; aliquid di-
cendum animum.*

Plaut.

LXXV.

*Fugere autem illas omni-
bus modis incumbas,*

Vir.

*Fama malum, quo non aliud
velocius ullum.*

Diod.

Th. hist.

*Tritum proverbium aude: Calumniare au-
dacter, semper aliquid adheret.*

lib. 3.

vid.

faci-

LXXVI.

Tamen si sic vita,

facile omnes perferre ac pati
Cum quibus erat cunq; unâ his
se se dedere,

Eorum obsequi studijs, advor-
sus nemini,

Nunquam proponens se alijs,
ita facillimè

Sine invidia invenias laudem,
& amicos pares

LXXVII.

*Fugere sic inquam calu-
mnia, parare amicos, non verò retinere li-
cet. Nam*

Absentè qui rodit amicum,

Qui non defendit alio culpante,
solutos

Qui captat risus hominum, fa-
mamq; dicacis,

Fin-

Fingere qui non visa potest,
 commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc,
 tu Romane, caveto.

LXXVIII.

Addo

Arcanum neq; tu scrutaberis
 ullius unquam,
Commissumq; reges, & vino
 tortus, & irâ.

Hor.

LXXIX.

*Tandem omnibus bene-
facito, peregrinis, amicis, nec, ut tibi glo-
riam recipias, alteri infamiam pares.*

Tac.

LXXX

*Si omnibus, ergò etiam
non in portu navigantibus: hic tu præcipue
cave; hic lat. t anguis in herba: nana*

Virg.

Omnes

Ter.

Omnes quibus res sunt minus
secundæ, magis sunt nescio
quomodo

Suspiciosi, ad contumeliam o-
mnia accipiunt magis,

Propter suam impotentiam, se
semper credunt negligi.

LXXXI.

*His nunc præceptis instru-
tus, si calumniam effugere non poteris,
quod vix, ac ne vix quidem poteris, cum
sciam:*

Laus.

Istunc thesaurum stultis in lin-
gua situm,

Ut qua stui habeant, malè lo-
qui melioribus.

Ac.

*Si calumniam sentias, des aliquid ru-
moribus, quo consenscant; Convitijs ne-*

mo

mo scirius respondet, quàm qui nihil respon-
det, docet Caesar. Viden quid Tacitus
Convitiâ, si irascere, agnita videntur,
spreta exolescunt. Verum est, & mane-
bit.

Bacchæ bacchanti si velis ad-
versarier,

Plaut.

Ex insana infaniorum facies,
feriet sapius.

LXXXII.

*Hec de calumnijs sodali-
um refutandis, & vitandis invicem dicta
sufficiant; nunc de calumnijs, per Conives
ad Principem que oriuntur.*

LXXXIII.

*Tanta autem, pro dede-
cus! calumnia illa, ut non vituperando,
sed laudando, famæ ac commodis hominum
insidiantur.*

Polyb.

Pe-

LXXXIV.

Pejor vero modus, quando aliquem ex utroque studentes, alium miserum accusantem, calumniisq; miscencens subdunt, illi interim partes judicis, quasi merâ equitate, & jure, non ex affectibus impulsî, judicaturi sint, assumunt.

LXXXV.

Similis ferme, cum ministri Principis, Principi insensum, quo gratiam sibi conciliant, deferunt. Hoc Seneca à Natali accidit.

LXXXVI.

Pessimus vero, & inevitabile crimen, cum ex moribus Principis, factisq; quæq; diligit accusator; nam quis vera etiam dicta creduntur.

Hic

LXXXVII.

Hic murus aheneus
esto,

Hor.

Nil conscire sibi, nullâ palleſce-
re Culpâ.

Optima respondendi species; proxi-
ma, si tui amici, salvâ conscientia, te sem-
per Principem observâsse & amâsse affir-
ment: quod multum, colloquia Principi
susceptorum vitando, confirmabit.

Tac.

LXXXVIII.

His neq; Princeps si con-
dentus, sed clam insidias fruat, non cum
Cancellario, de quo Comineus, si fugere
poteris, expecta, sed liberam civitatem,
ubi juris particeps fias adi, ibiq; quiesce.

Vid.

Ælia,
de Ab-
cibiach.

LXXXIX.

Si autem te insciente in-
sidia

D

Tac.

fidie perfecta, solum insidiarum remedi-
um putat, si non intelligitur, sicq; tua medi-
cina, & gravaminis levamen,

Hor.

Rarò antecedentem scelestum
Deseruit pede p̄na claudo.

Tandem Princeps agnosces, tibiq; magis
fovebit.

XC.

Curt.

Quæreret hic forsitan a-
liquis, cum Calumniatoribus, famam ad ex-
tremam lineam rodentibus, Dÿs pro mieli-
ore stantibus causa, duellum an non inire
liceat? Sine Principis Consensu haud sva-
demus. Icti dist. feu. l. 2. s. 2. 7. C. si
rusticus, & eorum fermè duelli processus
Constit. Frid. ibid. d. inc. c. itas. vid.

XCI.

Fus Canonicum quamvis
in totum contradicat, omnibus tamen
legem

legentibus Consultissimi Dni. *Martini*
von der *Nieden* / *Consiliarij Regij,*
Promotoris, & Affinis colendissimi Rhythmi,
arridebunt scio; qui tales,

Wer da will Alles Rechen
Manu bellatoris,

Der wirdt sampt sein Sterck zers
brechen/
Nec eris victoria.

Sarumb leid/meid/ vnd warch der
Zeit/
Tunc eris in gloria.

XCII.

Dictum verò Polybij (ta-
lia & apud alios auctores multa) nihil
esse aut faciendum injustè, aut patien-
dum turpiter, ut pace frui valeamus,
de Principibus dictum; & tunc ve-
rum, si justa ac pia bella dñj avertantur,
licebit foris viro honestè mori.

Tu ipse quid tempus, quid circumstantia
velint, videto. Ego claudo.

T^q C.

ILLUSTRISSIME
PRINCEPS,

haec qualia qualia, eodem s-
nimo quo profecta, magni
Artaxerxis memor, susci-
piat, submisit & obnixè ro-
go, Fave, fove, Domine
benignissime.

Sint Mecznates, non deerunt
Flacce Marones,

Martialis; ego idem ut a T.
C. spero. Sic unice peto, offero,
haec & alijs quavis omnino em-
pat, omnia mea Bianis exem-
plo.

Vos

Vos vero

MEI AULICI

hec intra biduum libris plurimum
destituro (domi enim & extra
Academiam) elabor. n. l. si non facis
copiose, ignoscite sedes, & si non
laute facis, atate

Majores majora sonent, mihi
parva locuto

Sufficit in vestras saepe redire
manus.

Mart.

Quibus

PRINCEPS CLEMENTISSIME,
CETERIQUE OMNES BONI

benè valetè, & vincite

Virtute verà, quod fecistis an-
ciduae.

Plaut.


FINIS.


Incip.





Incivile est, nisi totâ l. perspe-
cta, unâ aliquâ particulâ e-
jus propositâ judicare,
vel respondere. l.
24. ff. d. ll.











legentibus Consalutissimi Dni.
von der Meden/ Con
Promotoris, & Affinis colenda
arridebunt scio; qui tales,

Wer da will Alles Rech
Manu bellatoriâ,

Der wirdt sampt sein
brechen/
Nec erit victoria.

Darumb leid/meid/ vnd
Zeit/
Tunc eris in gloria.

XCII.

Dictum verò P

lia & apud alios auctores
esse aut sciendum injust
dum turpiter, ut pace f
de Principibus dictum;
rum, si justa ac pia bella
licetis forti viro ho

D 2

